## Los caſos reſervados en el Arçobiſpado de Burgos en la Synodal *in cap. 9. de pœnitentijs , & remiſsionibus* , ſon los miſmos , que los del Obiſpado de Pamplona : ſolo vno, que tiene mas el Arçobiſpado, que es el ſiguiente.

EL que es vſurero publico.

Advierto, que los reſervados ſynodales pueden variarſe, porque ſucede celebrar nueva Synodo , y añadir, ò quitar reſervados. La miſma variacion puede ſuceder en otras reſervaciones, leyes, y preceptos humanos.

## RESUMEN DE LAS DIFINICIONES CONTENIDAS EN TODAS LAS MATERIAS DE ESTE Compendio.

### De Sacramentis in genere.

*DIffinitio Metaph. Sacramentum eſt ſignum ſenſibile rei ſacræ ſanctificantis nos.*

*Diffinitio Phyſica. Sacramentum eſt artefactum quoddam conſtans ex rebus tamquam ex materia, & ex verbis tamquam ex forma.*

*Materia certa eſt cum qua fit Sacramentum validè, & hoc certò conſtat.*

*Materia licita eſt cum qua validè , & licitè fit Sacramentum.*

*Materia dubia eſt de qua dubitatur, an fiat cum ea Sacramentum, vel non.*

*Intentio eſt volitio finis cum advertentia.*

*Intentio formalis eſt volitio concomitans adminiſtrationem in Miniſtro, & receptionem Sacramenti in ſubiecto.*

*Intentio virtualis eſt volitio antecedens non diſtracta , nec retractatu, ſed continuatæ in medijs conducentibus ad finem.*

*Intentio habituaris volitio es antecedens diſtracta, & non continuata in medijs concernentibus ad finem.*

*Neceſſarium neceſsitate Sacramenti eſt illud , ſine quo impoſsibile eſt fieri Sacramentum , etiamſi invincibiliter accidat illud non apponere.*

*Neceſſarium neceſsitate tantùm præcepti eſt illud , de quo adeſt præceptum , quod apponatur ; attamen ſi non apponatur , fit Sacramentum.*

*Neceſſarium neceſsitate medij ad aliquem finem eſt illud , ſine quo impoſsibile eſt conſequi finem, etiamſi invincibiliter accidat illud non apponere.*

*Gratia eſt qualitas ſupernaturalis intrinſecè inhærens animæ , per quam ſumus, & nominamur filij Dei.*

*Prima gratia eſt , quæ mundat animam à peccato mortali.*

*Secunda gratia eſt , quæ auget primam gratiam.*

*Caracter eſt ſignum ſpirituale indelebile impreſſum in anima.*

*Sacramentum tantùm eſt, quod ſignificat, & non ſignificatur.*

*Res tantùm eſt, quæ ſignificatur, & non ſignificat.*

*Res , & Sacramentum ſimul eſt, quod ſignificat, & ſignificatur.*



### De Baptiſmo.

*Diffinitio Metaph. Baptiſmus eſt Sacramentum nova legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ regenerativa.*

*Diffinitio Phyſica. Baptiſmus eſt ablutio exterior corporis facta ſub præſcripta verborum forma.*

*Baptiſmus fluminis eſt ablutio exterior corporis , facta ſub præſcripta verborum forma.*

*Baptiſmus flaminis eſt actus contritionis, vel charitatis, cum voto explicito, vel implicito recipiendi Baptiſmum fluminis.*

*Baptiſmus ſanguinis eſt martyrium ſuſceptum pro Chriſto , & datum in odium Chriſti.*

### De Confirmatione.

*Diffinitio Metaph. Confirmatio eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativũ gratiæ corroborativæ.*

*Diffinitio Phyſica. Confirmatio eſt ſignatio hominis baptizati , facta in fronte cum Chriſmate ab Epiſcopo conſecrato , ſub præſcripta verborum forma.*

*Chriſma eſt oleum olivarum ab Epiſcopo conſecratum, & balſamo mixtum.*

### De Pœnitentia.

*Pœnitentia vt Sacramentum ſic diffinitur Metaph. Pœnitentia eſt Sacrametum novæ legis , inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ remiſsivæ peccatorum poſt Baptiſmum commiſſorum, vel in ipſius receptione.*

*Diffinitio Phyſica. Pœnitentia ſunt actus pœnitentis ſub præſcripta verborũ forma à Sacerdote habente poteſtatem prolata.*

*Pœnitentia vt virtus eſt præterita mala plangere, & plangendo iterum non committere.*

*Pœnitentia vt habitus, eſt habitus ſupernaturalis infuſus à Deo inclinans hominem ad deteſtationem peccati.*

*Dolor eſt pœnitudo peccatorum contra Deum commiſſorum.*

*Contritio eſt dolor perfectus de peccatis aſſumptus propter Deum ſummè dilectum, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi, & de cætero non peccandi.*

*Attritio eſt dolor imperfectus de peccatis aſſumptus propter pœnas inferni , amiſsionem gratiæ, vel gloriæ, vel propter deformitatem peccati, cum propoſito confitendi , & ſatisfaciendi , & de cætero non peccandi.*

*Confeſsio eſt manifeſtatio peccatorum , per quam morbus latens in anima aperitur Confeſſario ſub ſpe veniæ.*

*Satisfactio in voto, eſt recompenſatio Sacramentalis Deo facienda propter peccata confeſſa.*

*Satisfactio in re vt pars huius Sacacramenti, eſt recompenſatio Sacramentalis Deo facta propter peccata confeſſa.*

*Satisfactio in re vt pars iuſtitiæ commutativæ, eſt recompẽſatio iniuriæ alteri illata ſecundum æqualitatem rei ad rem.*

*Iuriſdictio eſt authoritas , qua vnus eſt ſuperior alteri in foro conſcientiæ.*

*Sigillum eſt obligatio tacendi ea , quæ audiuntur in confeſsione , vel in ordine ad illam abſque licentia expreſſa pœnitentis*

*Reſervatio eſt negatio iuriſdictionis circa aliquod peccatum , vel circa aliquam cenſuram.*

*Examen eſt recordatio peccatorum in particulari.*

*Sacramentum Pœnitentiæ in voto, eſt actus contritionis, vel charitatis cum voto explicito , vel implicito recipiendi Sacramentum Pœnitentiæ.*

*Occaſio remota eſt illa , in qua quis poſitus aliquando peccat.*

*Occaſio proxima eſt illa , quæ eſt peccatum mortale , aut talis occaſio particularis, qua credit , vel debet credere Confeſſor. vel pœnitens numquam, vel rarò ſe vſurum ea ſine peccato mortali, benè expenſis eius circunſtantijs.*

*Occaſio proxima voluntaria eſt illa , in qua quis*

*riculo occiſsionis, aut gravis vulneris, deſinato loco, & tempore.*

De ſuſpenſione.

*Suſpenſio eſt pœna Eccleſiaſtica, qua Iudex Eccleſiaſticus ſuſpendit Clericos, privando eos officio, & beneficio in totum, vel in partem.*

*Beneficium eſt ius ſpirituale percipiendi fructus Eccleſiæ.*

*Officium eſt ius ſpirituale ſerviendi Eccleſiæ.*

*Interdictum eſt pœna Eccleſiaſtica, qua Iudex Eccleſiaſticus punit baptizatos, privando eos receptione Ordinis, & Extrema-Unctionis, cum ſuſpenſione recipiendi Eccleſiaſticam ſepulturam, Divinis Officijs intereſſe, & aliquando ingreſſu Eccleſiæ.*

*Ceſſatio à Divinis eſt pœna impoſita in Eccleſiæ mærorem ob enorme crimen, qua Divina Officia, & Miſſæ celebratio prohibentur.*

La irregularidad como eſpecie de cenſura ſe difine aſsi: *Eſt pœna Eccleſiaſtica, qua Iudex Eccleſiaſticus punit baptizatos privando eos ſuſceptione ordinis, & executione ſuſceptorum.*

Como impedimento Canonico ſe difine aſsi: *Eſt impedimentum Canonicum privans hominem ſuſceptione Ordinum, & executione ſuſceptorum.*

De ignorantia.

*Ignorantia eſt carentia ſcientiæ poſsibilis adipiſci.*

*Ignorantia invincibilis eſt, quæ poſitis diligentijs debitis vinci non poteſt.*

*Ignorantia vincibilis eſt, quæ poſitis diligentijs debitis poteſt vinci, attamen de facto non vincitur.*

*Ignorantia invincibilis antecedens eſt, quando ſi adeſſet ſcientia, actus non fieret.*

*Ignorantia invincibilis cõcomitans eſt, quando ſi adeſſet ſcientia, etiam actus fieret.*

*Ignorantia craſſa eſt, quæ provenit ex diſidia, vel negligentia.*

*Ignorantia ſupina eſt, quæ provenit ex occupatione circa alia negotia, quibus impeditur adhibere diligentiam debitam.*

*Ignorantia affectata eſt, quæ provenit ex malitia, vel ex nolitione directa.*

*Ignorantia iuris eſt, quando ignoratur lex, aut præceptum.*

*Ignorantia facti eſt, quando ignoratur aliquod factum hic, & nunc cadere ſub præcepto, non ignorato præcepto.*

De voluntario.

*Voluntarium eſt, quod provenit ab intrinſeco cum cognitione finis.*

*Involuntarium eſt, quod provenit ab extrinſeco, vel ſine cognitioni finis.*

*Voluntarium liberum eſt, quod provenit ab intrinſeco voluntatis cum cognitione finis, & ſtante indifferentia ad vtrumlibet.*

*Voluntarium neceſſarium eſt, quod provenit ab intrinſeco voluntatis cum cognitione finis, abſque indifferentia tamen ad vtrumlibet.*

*Voluntarium formale eſt, quod provenit ab intrinſeco voluntatis cum cognitione clara, & expreſſa ex parte intellectus.*

*Voluntarium interpretativum eſt, quod provenit ab intrinſeco voluntatis cum ignorantia vincibili ex parte intellectus, vel cum cognitione in cauſa.*

*Voluntarium in ſe eſt, quod immediatè, & per ſe ipſum oritur à voluntate.*

*Voluntarium in cauſa eſt illud, quod ſequitur ad cauſam voluntariam cum prævisione effectus ſubſequendi.*

De conſcientia.

*Conſcientia eſt, dictamen practicum rationis præſcribens voluntati quid faciendum, vel omittendum ſit.*

*Conſcientia præceptiva eſt illa, quæ eſt de bono ſub præcepto, vel de malo prohibito.*

*Conſcientia conſiliativa eſt, de meliori bono.*

*Conſcientia certa, vel recta eſt, dictamen practicum rationis dictans voluntati bonum vt bonum, & malum vt malum.*

*Conſcientia erronea eſt, dictamen practicum rationis præſcribens voluntatis bonum vt malum, & malum vt bonum.*





*Conſcientia erronea invencibilis eſt, quando nulla ſe obtulit cogitatio, dubium, vel remorſus circa rem ignoratam; vel ſi aliqua ſe obtulit cogitatio, fecit diligentias debitas, quas poterat adhibere.*

*Conſcientia erronea vincibilis eſt, quando aliqua ſe obtulit cogitatio, dubium, vel remorſus circa rem ignoratã, & non fecit diligentias debitas, cũ poſſet eas adhibere.*

*Conſcientia probabilis eſt dictamen rationis, quo intellectus iudicat hoc ſibi licere, vel non licere.*

*Cõſciẽtia probabilis practicè eſt dictamẽ practicũ rationis, quo quis cũ fundamẽto gravi, viſis, & reviſis circunſtantijs, iudicat hic, & nunc hoc ſibi licere, vel non licere.*

*Conſcientia probabilis ſpeculativè eſt dictamen practicum rationis, quo quis cum fundamento gravi, abſque reviſione circunſtantiarum iudicat in communi hoc ſibi licere, vel non licere.*

*Opinio probabilis eſt aſſenſus vnius partis cum formidine alterius.*

*Opinio probabilis practicè eſt aſſenſus vnius partis viſis, & reviſis circunſtantijs, cum formidine alterius.*

*Opinio probabilis ſpeculativè eſt aſſenſus vnius partis in communi, cum formidine alterius.*

*Conſcientia dubia eſt ſuſpenſio iudicij circa obiectum apprehenſum.*

*Dubium practicum eſt ſuſpenſio iudicij circa bonitatem, vel malitiam operationis hic, & nunc.*

*Dubium ſpeculativum eſt ſuſpenſio iudicij circa veritatem, vel falſitatem obiecti.*

*Conſcientia ſcrupuloſa eſt dictamen practicum intellectus ortum ex levibus fundamentis, cum quadam animi anxietate.*

De peccato.

*Peccatum, eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei æternam.*

*Peccatum originale, eſt privatio voluntaria iuſtitiæ originalis.*

*Peccatum perſonale eſt, quod committitur per propriam voluntatem.*

*Peccatum omiſsionis eſt violatio præcepti affirmativi.*

*Peccatum commiſsionis eſt violatio præcepti negativi.*

*Peccatum mortale, eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei æternam in materia gravi. Vel eſt receſſus à regula Divina privãs nos gratia, & amicitia Dei.*

*Peccatum veniale, eſt dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei æternam in materia levi. Vel eſt receſſus à regula Divina privãs nos tantũ fervore charitatis.*

*Peccatum actuale, eſt actus quo quis peccat.*

*Peccatum habituale, eſt peccatũ antea commiſſum, & non retractatũ, nec remiſſum.*

Tambien ſe difine el pecado habitual aſsi: *eſt quædam macula relicta in anima ex peccato præterito.*

*Peccatũ mortale habituale, eſt privatio voluntaria gratiæ orta ex peccato præterito.*

*Peccatum veniale habituale, eſt privatio voluntariæ ferveris charitatis orta ex peccato præterito.*

*Habitus vitioſus, eſt facilitas quædam orta ex repetitione plurium actuum peccaminoſorum ad ſimiles actuus peccaminoſos.*

*Circunſtantia eſt accidens actus humani.*

*Circunſtantia mutans ſpeciem, eſt accidens actus humani oppoſitum diſtinctæ virtuti, ac ipſe actus, vel eidem virtuti diverſo modo.*

*Circunſtãtia aggravans, eſt accidẽs actus humani augens malitiã intra eandem ſpeciẽ.*

*Circunſtantia minuens, eſt accidens actus humani diminuens malitiam intra eandem ſpeciem.*

De lege, & præcepto.

*Lex, eſt quædam rationis ordinatio ad bonum commune, ab eo, qui curam habet communitatis, promulgata.*

*Lex Divina, eſt quædam rationis ordinatio à Deo immediatè proveniens.*

*Lex Divina naturalis, eſt quædam rationis ordinatio à Deo, vt Authore naturæ*

quis exiſtit pro ſuo velle.

Occaſio proxima involuntaria eſt illa, in qua qui non exiſtit pro ſuo velle, ſed quaſi coactus.

### De Sacramento Euchariſtiæ.

Diffinitio Metaph. Euchariſtia eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ cibativæ.

Diffinitio Phyſica. Euchariſtia ſunt ſpecies panis, & vini conſecratæ ſub præſcripta verborum forma à Sacerdote prolata.

Sacrificium vt ſic, eſt oblatio facta Deo in ſignum ſupremi dominij, per immutationem alicuius rei ex legitima inſtitutione.

Sacrificium Miſſæ eſt Sacrificium ſolemne, in quo Chriſtus offertur Deo Patre ſub ſpeciebus panis, & vini conſecratis in honorem ſupremæ excellentiæ ſuper aram Altaris à Sacerdote cum debita ſolemnitate.

### De Extrema-Unctione.

Diffinitio Metaph. Extrema Unctio eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutũ à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ remiſsivæ reliquiarum peccatorum poſt Baptiſmum commiſſorum, vel in ipſius receptione.

Diffinitio Phyſica. Eſt vnctio hominis infirmi, facta à Sacerdote ſub præſcripta verborum forma.

### De Ordine.

Diffinitio Metaph. Ordo eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ poteſtativæ.

Diffinitio Phyſica. Ordo eſt traditio materiæ, in qua talis Ordo debet exerceri ſub præſcripta verborum forma.

Prima Tonſura eſt diſpoſitio ad Ordines ſuſcipiendos.

Diffinitio Metaph. Hoſtiariatus. Hoſtiariatus eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ poteſtativæ ad aperiendum portas dignis, & claudendum indignis.

Diffinitio Phyſica. Hoſtiariatus eſt traditio & acceptio clavium ſub præſcripta verborũ forma ab Epiſcopo conſecrato prolata.

Diffinitio Metaph. Lectoratus. Lectoratus eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ poteſtativæ ad legendum Prophetias veteris, & novi Teſtamenti.

Diffinitio Phyſica. Lectoratus eſt traditio, & acceptio libri Prophetiarum ſub præſcripta verborum forma ab Epiſcopo conſecrato prolata.

Diffinitio Metaph. Exorciſtatus. Exorciſtatus eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ poteſtativæ ad coniurandum dæmones, & tempeſtates.

Diffinitio Phyſica. Exorciſtatus eſt traditio, & acceptio libri Exorciſmorum, ſub præſcripta verborum forma ab Epiſcopo conſecrato prolata.

Diffinitio Metaph. Acolytatus. Acolytatus eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ poteſtativæ ad adminiſtrandum vrceolos, & portandum candelabrum.

Diffinitio Phyſica. Acolytatus eſt traditio, & acceptio vrceolorum vacuorum, & candelabri cum cereo non accenſo, ſub præſcripta verborum forma.

Subdiaconatus eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ poteſtativæ ad inſerviendum Diacono in Sacrificio Miſſæ, & cantandum ſolemniter Epiſtolas in Eccleſia cum manipulo.

Diaconatus eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ poteſtativæ cantandi ſolemniter Evangelium in Eccleſia cum manipulo, & ſtola.

Presbyteratus eſt Sacramentum novæ legis, inſtitutum à Chriſto Domino, cauſativum gratiæ poteſtativæ conficiendi Corpus, & Sanguinem Chriſti.

### De Sacramento Matrimonij.

Diffinitio Metaph. Matrimonij, vt Sacramentum. Matrimonium eſt Sacramentũ novæ legis inſtitutum à Chriſto Domino cauſativum gratiæ vnitivæ



Diffinitio Phiſica. Eſt coniunctio Sacramentalis viri, & fœminæ inter legitimas perſonas individuæ vitæ conſuetudinem retinens.

Matrimonium vt contractus, eſt coniunctio viri, & fœminæ individuam vitæ conſuetudinem retinens.

Divortium, eſt legitima ſeparatio coniugum quoad thorum, & habitationem, non verò quoad vinculum.

Impedimenta impedientia ſunt, quæ facienda vetant, connubia tamen facta non retraxant.

Impedimenta dirimentia ſunt quæ facienda vetant, & connubia facta retractant.

Votum ſimplex caſtitatis, eſt deliberata promiſsio Deo facta abſtinendi à rebus venereis verbo, opere, & cogitatione.

Votum ſimplex Religionis, eſt deliberata promiſsio Deo facta ingrediendi Religionem.

Sponſalitium, eſt mutua promiſsio, & acceptatio futurarum nuptiarum inter perſonas iure habiles aliquo ſigno externo manifeſtata.

Cognatio, eſt propinquitas Perſonarum.

Cognatio naturalis, eſt propinquitas Perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium.

Cognatio naturalis in linea recta, eſt propinquitas Perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, quarum vna dependet ab alia.

Cognatio naturalis in linea tranſverſali, eſt propinquitas Perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, quarum vna non dependet ab alia.

Cognatio ſpiritualis, eſt propinquitas Perſonarum ex baptiſmate, vel confirmatione proveniens.

Cognatio legalis, eſt propinquitas Perſonarum ex adoptione proveniens.

Vis, eſt coactio alteri illata.

Ligamen, eſt vinculum prioris matrimonij, quo durante aliud contrahere nequit.

Honeſtas, eſt propinquitas Perſonarum ex ſponſalibus validis, vel ex matrimonio rato nondum conſummato proveniens.

Affinitas, eſt propinquitas Perſonarum ex carnali copula apta ad generationem proveniens.

Raptio, eſt adductio violenta fœminæ de loco in locum cauſa matrimonij.

### De cenſuris in communi.

Cenſura, eſt pœna Eccleſiaſtica fori exterioris, qua fidelis baptizatus privatur vſu aliquorum bonorum ſpiritualium, vt à contumatia diſcedat.

La cenſura lata, eſt quæ ipſo facto incurritur.

Ferenda, ò conminatoria, eſt quæ non incurritur ipſo facto per criminis commiſſionem, ſed expectari debet ſententia Iudicis.

### De excommunicatione.

Excommunicatio, eſt pœna Eccleſiaſtica, quæ Iudex Eccleſiaſticus punit baptizatos privando eos participatione Sacramentorum.

Excommunicatio maior, eſt pœna Eccleſiaſtica, qua Iudex Eccleſiaſticus punit baptizatos privando eos bonis communibus fidelium, & participatione activa, & paſſiva Sacramentorum, Officio, & Beneficio Eccleſiaſtico.

Excommunicatio minor, eſt pœna Eccleſiaſtica, qua Iudex Eccleſiaſticus punit baptizatos privando eos participatione paſſiva Sacramentorum.

### De duello.

Duellum, eſt duorum, vel plurium certamen, quod ex condicto ſuſcipitur cum periculo

*immediatè proveniens. Vel eſt, quæ viribus naturæ impleri poteſt.*

*Lex Divina ſupernaturalis, eſt quædam rationis ordinatio à Deo, vt Authore ſupernaturali immediatè proveniens. Vel eſt, quæ viribus naturæ adimpleri non poteſt.*

*Lex Eccleſiaſtica eſt, quædam rationis ordinatio à ſuperiori Eccleſiaſticę proveniens.*

*Lex civilis eſt, quædam rationis ordinatio à ſuperiori laico proveniens.*

*Lex affirmativa eſt illa, qua ſuperior præcipit aliquid faciendum.*

*Lex negativa eſt, qua ſuperior prohibet aliquid faciendum.*

*Præceptum eſt actus, quo ſuperior præcipit aliquid faciendum, vel prohibet faciendũ.*

De primo Præcepto Decalogi.

*Fides, eſt virtus ſupernaturalis, qua certò credimus veritates à Deo Eccleſiæ revelatas.*

*Fides, vt habitus diffinitur: eſt habitus ſupernaturalis, quo certò credimus veritates à Deo Eccleſiæ revelatas.*

*Fides vt actus, eſt actus ſupernaturalis, quò certò credimus veritates à Deo Eccleſiæ revelatas.*

*Hæreſis, eſt receſſus pertinax hominis baptizati à parte Fidei.*

*Hæreſis purè interna, eſt error pertinax hominis baptizati à parte Fidei habitus in mente, & nullo modo manifeſtatus.*

*Hæreſis purè externa, eſt prolatio hæreſis non habitæ in mente.*

*Hæreſis mixta ex interna, & externa, eſt receſſus pertinax hominis baptizati à parte Fidei habitus in mente, & aliquo ſigno, verbo, vel alio modo manifeſtatus, peccando mortalitèr in manifeſtatione.*

*Apoſtaſia, eſt receſſus pertinax hominis baptizati à tota Fide, vel à partibus principalioribus Fidei.*

*Infidelitas, eſt non acceſſus ad Fidem.*

*Infidelitas negativa, eſt non acceſſus ad Fidem ſufficienter ei non promulgatam.*

*Infidelitas poſitiva, eſt non acceſſus ad Fidem ſufficienter ei promulgatam.*

*Iudaiſmus, eſt receſſus à Fide, ſuſcepta vmbra non verò in veritate.*

De ſpe.

*Spes, eſt virtus ſupernaturalis, qua ſperamus beatitudinem auxilio Dei conſequendam.*

*Deſperatio, eſt quidam motus voluntatis, quo peccator abijbit vitam æternam ex Divina miſericordia conſequendam.*

*Præſumptio, eſt volitio vltimi finis ſolo auxilio Dei ſine proprijs medijs, vel ſolis proprijs medijs ſine auxilio Dei conſequibilis.*

*Temeritas, eſt velle perſeverare in peccato, relinquendo, & ſperando pœnitentiam pro articulo mortis.*

De charitate.

*Charitas, eſt virtus ſupernaturalis, qua diligimur Deum propter ſe, & proximum propter Deum.*

De eleemoſyna.

*Neceſsitas extrema, eſt quæ conſtituit hominem, vel ſuos in articulo, vel periculo mortis, vel ſimilis mali.*

*Neceſsitas gravis, eſt quæ conſtituit hominem in periculo alicuius gravioris mali vltra ordinarium, & commune, vt amittendi honorem. Et ſimilia.*

*Neceſsitas communis, eſt v.g. quam habent eleemoſynam petentes hoſtiatim.*

De correctione fraterna.

*Correctio fraterna, eſt admonitio proximi, qua nitimur eum à peccato revocare.*

De virtute Religionis.

*Religio, eſt virtus ſupernaturalis, qua veneramur Deum, & eius Sanctos.*

*Adoratio Latria, eſt qua damus Deo proprium cultum ipſius.*

*Hyperdulia, eſt qua damus Beatiſsimæ Virgini Mariæ proprium cultum ipſius.*

*Dulia, eſt qua damus Sanctis proprium cultum ipſorum.*

*Superſtitio, eſt cultus vitioſus.*

*Superſtitio idolatria, eſt proprium cultum Dei tribuere creaturæ, vel proprium cultum Dei tribuere Deo modo indebito.*

*Divinatio, eſt prædictio futurorum.*

Divi-



*Divinatio propheticalis, eſt prædictio futurorum facta per Divinam revelationem.*

*Aſtrologalis divinatio, eſt prædictio futurorum facta per Aſtra.*

*Divinatio dæmoniaca, eſt prædictio futurorum ope dæmonis facta.*

*Vana obſervantia, eſt qua quis vtitur medijs inutilibus, & improportionatis ad ſe præcavendum ab aliquo malo, vel ad conſequendum aliquem finem.*

*Magia, eſt quæ verſatur circa corpora variè immutanda, alioſque effectus miros.*

*Maleficium, eſt vis nocendi alijs ope dæmonis.*

*Irreligioſitas, eſt vitium oppoſitum virtuti Religionis per defectum.*

*Tentatio Dei, eſt dictum, vel factum, quo quis explorat, num Deus ſit Potens, Sapiens, Miſericors, aut aliquam aliam perfectionem habeat.*

De blaſphemia.

*Blaſphemia, eſt verbum maledictionis, vel convitij, ſeu contumeliæ contra Deum, & eius Sanctos.*

*Maledictio, eſt invocatio dæmonis in vindicem. Vel eſt verbam execrativum, quod quis imprecatur proximo aliquod malam.*

De iuramento.

*Iuramentum, eſt veritas Divino teſtimonium confirmata. Vel eſt invocatio Divini nominis in confirmationem alicuius rei.*

*Iurare, eſt Deum adducere in teſtem alicuius veritatis.*

*Periurare, eſt Deum adducere in teſtem ſine veritate, ſine iuſtitia, & ſine neceſsitate. Vel aliter. Periurare, eſt Deum adducere in teſtem alicuius falſitatis.*

*Iuramentum aſſertiorium, eſt aſſertio Divino teſtimonio confirmata.*

*Iuramentum promiſſorium, eſt promiſsio Divino teſtimonio confirmata.*

*Iuramentum comminatorium, eſt comminatio Divino teſtimonio confirmata.*

*Iuramentum execratorium, eſt execratio Divino teſtimonio confirmata.*

De voto.

*Votum, eſt deliberata promiſsio Deo facta de meliori bono.*

*Votum ſimplex, eſt deliberata promiſsio Deo facta de meliori bono cum ſolemnitate.*

*Votum ſolemne, eſt deliberata promiſsio Deo facta de meliori bono cum ſolemnitate.*

*Votum abſolutũ, eſt deliberata promiſsio Deo facta de meliori bono ſine aliqua cõditione.*

*Votum conditionatum, eſt deliberata promiſsio Deo facta de meliori bono cum aliqua conditione.*

*Votum reale, eſt deliberata promiſsio Deo facta de meliori boni afficiens divitias.*

*Votũ perſonale, eſt deliberata promiſsio Deo facta de meliori bono afficiens perſonam.*

*Votum mixtum ex reali, & perſonali, eſt deliberata promiſsio Deo facta de meliorè bono afficiens divitias, & perſonam ſimul.*

*Votum pœnale, eſt deliberata promiſsio Deo facta de meliori bono, impoſita ſibi aliqua pœna.*

*Irritatio, eſt annullatio voti ab habente poteſtatem dominativum.*

*Diſpenſatio, eſt annullatio obligationis voti ad habente poteſtatem ſpiritualem in foro externo.*

*Commutatio, eſt ſubſtitutio vnius materiæ pro alia ſervata æqualitate morali.*

*Interpretatio, eſt prudentialis verborum voti, vel iuramenti intelligentia.*

De ieiunio.

*Ieiunium naturale, eſt perfectiſsima, & totalis abſtinentia ab omni cibo, & potu, & medicina.*

*Ieiunium Eccleſiaſticum, eſt abſtinentia à carnibus, & vnica comeſtio.*

De Horis Canonicis.

*Hora Canonica, eſt Officium Divinum dicendum certa hora ex inſtitutione Sacrorum Canonum.*

De oratione.

*Oratio, eſt elevatio mentis in Deum.*

De ſacrilegio.

*Sacrilegium, eſt violatio rei Sacræ.*

De

### De quinto Præcepto.

Homicidium eſt iniuſta hominis occiſsio.

Scandalum eſt dictum, vel factum minus rectum, occaſionem ruinæ ſpirituales præbens proximo.

Scandalum paſsivum eſt ruina ſpiritualis proximi occaſione accepta ab alio.

Scandalum activum ſine paſsivo eſt occaſio data, & non accepta.

Scandalum paſsivum ſine activo, eſt occaſio accepta, & non data.

Scandalum activum ſimul cum paſsivo, eſt occaſio data, & accepta.

Scandalum ſpeciale eſt dictum, vel factum minus rectum occaſionem ruinæ ſpiritualis præbens proximo, ex intentione vt cadat, & reatum illius peccati, & mortem ſpiritualem incurrat.

Scandalum generale eſt dictum, vel factum minus rectum occaſionem ruinæ ſpiritualis præbens proximo, non intendendo ruinam ſpiritualem proximi, vt malũ proximi eſt.

Scandalum fragilium eſt ruina ſpiritualis proximi orta eſt fragilitatè.

Scandalum parvulorum eſt ruina ſpiritualis proximi orta ex ignorantia cauſæ.

Scandalum pharyſæorum eſt ruina ſpiritualis proximi orta ex pura malitia.

### De ſexto Præcepto.

Caſtitas eſt virtus moralis, qua moderatur voluptates carnis.

Luxuria eſt vſus inordinatus venereorum.

Simplex fornicatio eſt concubitus ſoluti cum ſoluta.

Adulterium eſt acceſſus ad alienum thorum.

Strupum eſt concubitus viri cum fœmina virgine, quo eius integritas violatur.

Inceſtus eſt concubitus cum qualibet cognata, ſivè cognatione naturali, ſivè ſpirituali, ſivè legali, ſivè affine, ſivè honeſta intra gradus prohibitos.

Raptus eſt concubitus cum fœmina ipſa nolente.

Sacrilegium (in hac materia) eſt concubitus cum habente votum caſtitatis, vel habentis votum caſtitatis, vel in loco ſacro.

Peccatũ contra naturam, eſt actus luxuriæ, ex quo ſequi nõ poteſt humana generatio.

Pollutio eſt voluntaria ſeminis effuſio abſque copula.

Sodomia eſt concubitus ad non debitũ ſexum.

Beſtialitas eſt concubitus ad rem diverſæ ſpeciei.

Delectatio moroſa eſt ſimplex complacentia de obiecto turpi cogitato abſque animo exequendi.

### De ſeptimo Præcepto.

Furtum eſt occulta acceptio, vel retentio rei alienæ invito rationabilitèr Domino.

Rapina eſt violenta ablatio rei alienæ invito Domino rationabilitèr.

### De Juſtitia.

Iuſtitia eſt conſtans, & perpetua voluntas ius ſuum vnicuique tribuens.

Iuſtitia legalis eſt illa, qua partes communitatis perfecta (puta Regni, vel Civitatis) ordinantur ad iuſtum boni communis.

Iuſtitia diſtributiva eſt, qua bona communia Regni, vel Civitatis, diſtribuuntur inter partes communitatis ſecundum proportionem meritorum.

Iuſtitia commutativa eſt, qua redditur vnicuique res propria, ſecundum æqualitatem rei reddita ad rem debitam in commutationibus.

### De reſtitutione.

Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutativæ, quo damnum proximo irrogatũ reparatur.

Reſtituere eſt iterato aliquem ſtatuere in poſſeſsionem, vel dominium rei ſuæ.

### De contractibus.

Contractus eſt conventio inter duos, ex qua vtrimque obligatio naſcitur.

Contractus imperfectus eſt, conventio inter duos obligationem in alterutro parientè.

Emptio eſt traditio pretij pro merce.

Venditio eſt traditio mercis pro pretio.

Mutuum eſt traditio rei vſu conſumptibilis alicui ſub ipſius dominio, vt pro ea reddat tantumdem priori Domino mutuanti.





Permutatio eſt traditio rei vtilis pro re vtili ſervata æqualitate morali.

Cambium eſt permutatio pecuniæ pro pecunia cum lucro.

Donatio eſt gratuita, & liberalis conceſsio rei vtilis recompenſationem non quærens

Commodatum eſt traditio vſus rei ad aliquam functionem ſine pretio.

Precarium eſt traditio vſus rei cum precibus, & ſine pretio.

Locatum eſt traditio vſus rei pro pretio.

Conductum eſt traditio pretij pro vſu rei.

Depoſitum eſt traditio rei ad cuſtodiam.

Pignoratum eſt traditio rei nobilioris pro ignobiliori vſque ad recompenſationem.

La fiança ſe difine aſsi: Eſt ſuſceptio alienæ obligationis, qua quis ſe obligat ad ſolvendum, ſi debitor non ſolvit.

El juego eſt pactum, per quod res poſita lucranti tribuitur.

La apueſta eſt pactum, in quo plures contendunt de aliqua re, & ponunt aliquid, vt ſit illius, qui veritatem fuerit aſſequtus.

Contrato de compañia eſt conventio duorum, vel plurium ad negotiandum lucri gratia.

Contrato aſſecuratorio eſt conventio duorum, vel plurium in vno aſſecurante principalitatem.

Cenſus eſt ius percipiendi annuam penſionem ex re vtili, aut fructifera alterius.

### De vſura.

Vſura eſt lucrum ex mutuo proveniens. Vel eſt iniuſta actio, qua pretium pro vſu rei mutuatæ accipitur ex pacto expreſſo, vel tacito.

### De ſimonia.

Simonia eſt ſacrilegium conſiſtens in ſtudioſa voluntate emendi, vel vendendi rem ſacram, ſeu ſpiritualem, vel ſpirituali anexam pro temporali.

### De octavo præcepto Decalogi.

Mendacium eſt dictum, vel factum cum intentione fallendi, vel aſſerendi falſum.

Mendacium purè materiale eſt dictum contrarium rei, ſed non menti.

Mendacium purè formale eſt dictum contrarium menti, & non rei,

Mendacium mixtum eſt dictum contrarium rei, & menti.

Mendacium practicum eſt dictum contrarium rationi, vel legi.

Mendacium ſpeculativum eſt dictum contrarium menti.

Mendacium iocoſum eſt dictum contrarium menti cauſa voluptatis, vel recreationis.

Mendacium officioſum eſt dictum contrarium menti cauſa vtilitatis.

Mendacium pernitioſum eſt dictũ contrarium menti cauſa nocendi proximo, vel ſibi.

Falſum teſtimonium eſt falſum aſſerere de proximo.

Iudicium temerarium eſt iudicare malum de proximo ſine fundamento, vel cum levibus fundamentis.

Suſpicio eſt actus intellectus magis inclinans in vnam partem, quàm in aliam.

Suſpicio temeraria eſt opinio mali ex levibus indicijs.

Dubium eſt ſuſpenſio iudicij in neutram partem inclinantis.

Detractio eſt iniuſta violatio famæ.

Contumelia eſt iniuſta violatio honori..

Suſurratio eſt iniuſta violatio amicitiæ.

Subſanatio eſt verborum ludus ex proximi defectibus vt erubeſcat.

Fama eſt bona opinio de excellentia alterius.

Honor eſt proteſtatio de alterius excellentia.

Convintium eſt, cum aliquis obijcit alteri in eius præſentia aliquem defectum, qui non eſt culpa in iniuriato.

Murmuratio, prout differt à detractione, eſt quando aliquis in abſentia loquitur de peccatis, vel defectibus alterius, locutione, quæ ſit contra charitatem, & non contra iuſtitiam.

Hypocriſis eſt ſimulatio, qua quis ſimulat ſe eſſe quod non eſt.

*Iactantia eſt, cum aliquis verbis ſe extollit, dicendo de ſe aliquid ſupra ſe.*

*Ironia eſt, cum aliquis dicit de ſe minora à veritate declinans.*

*Bulla eſt diploma Pontificium, quo multæ gratiæ conceduntur ſub onere certæ eleemoſynæ in ſubſidium belli contra infideles erogatæ,*

# INDICE DE LAS PALABRAS, DEBAXO de las quales ſe contienen las coſas principales de eſte Libro.

*La letra* P. *ſignifica la pagina ; y la* V. *verbo.*


## A

ABad. P.36 0.395.veaſe V.Prelado. Abadeſa. P.120.
Aborto. P.134. 258. 364. 365.
Abſolucion Sacramental. P. 35. 46. y ſigui. 379. y ſigui.
Abſolucion de Cenſura. P.121.333.
Acto Conyugal. P. 91. 111. 353.
Acto torpe. P. 262. y ſigui. veaſe V. Reſtitucion, torpe acto.
Adopcion. P.99.
Advertencia. P.122.167. veaſe V. ignorancia.
Adulterio. P.90.100.263.375.
Adultero. P.287.396.
Adultera. P.396.
Afectos. veaſe V. complacencias, deſeos.
Afinidad. P. 103. 108.110. 114.
Ayuno. P. 239. y ſigui. 397. 401. y ſigui.
Alquiler. P.301. 305.
Amiſtad. P.197.325. veaſe V. amor.
Amor. P. 196. y ſigui. 351. 353. 386.
Amos. P.229.253. veaſe V. criados.
Amphibologia. P.217. y ſigui. 360.
Apoſtaſia. P.187.
Aprobacion. P.38. 46. 332.
Apueſta, ò eſponſion. P.302. veaſe V. juego.
Ara, Altar. P.74. 424.
Articulo de muerte. P.42.334.416.
Atricion. P.4.5.23.379. veaſe V. contricion

## B

Bautiſmo. P.8. y ſigui. 99. 144.
Beber. P. 152. 266. 352.
Benevolencia. veaſe V. amiſtad, amor.
Beneficio. P.81.138.147.244. y ſigui.
Beneficiado. P.131. 371. y ſigui. 397.
Beſtialidad. P.267.398.
Bigamia. P.102.146.
Bimeſtre. P.91. y ſigui.98. 112.
Bivinato. (que es tener dòs maridos à vn tiempo) P.88.100. veaſe V. poligamia.
Blasfemia. P.209.
Boticario, veaſe V. aborto.
Bula de la Cena. P.47.339.387.
Bula de la Cruzada. P. 46. 47. 147. 329. y ſigui.







Bula de Compoſicion. P. 247. 289. 337.
Bula de difuntos. P. 339.
Bula de lacticinios. P.339.

## C.

Calumniador. P.318. 362. 365.
Cambio. P.299. 413.
Capellan P.73. 247. 391. 397.
Caractèr. P.2. 7. 85.
Caridad. P.19. 25. 196. y ſigui. veaſe V. amor, amiſtad.
Carne. P. 240. 243.
Carta. P.55. 390.
Caſados. P. 13. 111. y ſigui. 275. veaſe V. matrimonio, adultero, adulterio, impedimento.
Caſos reſervados. P.41. 46. 328. 332. 387. y ſigui.
Caſtidad. P. 256. 262. y ſigui. Veaſe V. Voto.
Caſtrenſes bienes. P.227. 274.
Celebrar. P.63. 74. veaſe V. Sacrificio Igleſia, Miſſa.
Cenſo. P.309.
Cenſura. P. 119. y ſigui. 149. 333. 414.
Ceſſacion *à Divinis*. P.140.
Chocolate. P.241.
Chriſma. P.18.
Chriſtianos. P.290. 340.
Circunſtancia. P. 169. y ſigui. veaſe V. pecado, confeſsion, Confeſſor.
Ciſmatico. P. 359.
Clandeſtinidad. P.105. 111.
Clauſura. P.343. 345.
Clerigo. P.81. 121. 132. 143. Veaſe V. Horas Canonicas, negociacion Beneficio,
Cognacion. P.98. 264.
Cognacion eſpiritual. P.12. 17. 99.
Cognacion legal. P.99.
Colacion. P. 241. 242.
Comer. P.169. 266. 252.
Comiſſario. P.107. 147. 334. 337.
Conmutacion de votos. P. 226. 230. 334.
Conmutar. P. 34. 299.
Commodato. P. 300. veaſe V. culpa.
Compañia. P.302. 411.
Compenſacion. P.276. 376.
Complacencia. P. 172. 202. 267. 326.
Complice, concurrente. P. 31. 137. 208. veaſe V. participans, concurſo, criado.
Compra, comprar. P.294. 297. y ſigui. veaſe V. negociaciòn, vſura, ſimonia.
Comulgar, comunion. P. 66. y ſigui. 378. veaſe V. Eucariſtia, excomunion, entredicho, Bula.
